HIERONYMUS
um 836/859 Seite 119v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

sequitur manifestus. & cessare faciam multitudi
nem aegypti in manu nabuchodonosor regis ba
bylonis. quin solu uenit & seduenit & multis comi
tatus nationibus ita ut omnis aegyptus interfector
sanguinem cõpleatur. tantaque erit ira dni
ut siccentur alui fluminũ hoc est nihilo ipsi
rec usque ad solum. & in manu pestilentiũ siue
hominũ pessimorũ plenitudo egypti desolabitur;
Mea enim uerba inrita esse ñ possunt. illucq;
proficiet indignatio ut simulacra aegyptiis
pdantur & cessent idola de memphis quaeusq;
hodie metropolis ẽ. superstitiones aegyptiae
siue optimates & principes de memphis & de
terra aegypti; tantus autem terror cunctam
aegyptũ possidebit ut terra pharaones omnis
pereat. & ignis uastet tafnas. siue ut septua
ginta transtulerũ. TANIN. faciamque aut iu
dicia in alexandria quae hodie sic uocatur
cetterũ pristinũ nomẽ habet. NO. quod aquila
symmachus & theodotio sic in hebreo positũ
ẽ. transtulerũ. pro quo nescio quid uolentes sep
tuaginta dixere dios polim. quae aegypti par
ua ciuitas est. NO autem pro NO. alexandriam